



Ge. 72^e



4
PROGRAMMA PASSIONALE,
QVO
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
IOHANNES PETRVS Schmidt,
VTR. IVR. DOCT. ET COD. PROF. PVBL. ORD.
EX ARTE HERALDICA

DE
QVINIONE PARMVLA-
RVM SCVTI PORTVGALLICI,
QVINQVE VULNERVM
JESU CHRISTI SYMBOLO,

BREVIBVS PRÆFATVS,
CIVES ACADEMIÆ O. O. HONORATISSIMOS,
AD DIES QVADRAGESIMALES
DEBITA DEVOTIONE PERAGENDOS,
PRO OFFICII RATIONE COHORTATVR.

DANHAYER in Iconothet. p. 81.

*Aspicio, ut pateant et se tibi vulnera pandant,
Præcipue, quod sub pectore vulnus biat.
Qvo veniunt plures, plures agit ille triumphos
Nec nisi non omnes velle venire dolet.*

R O S T O C H I I,
TYPIS IOHANNES IACOBUS DLERI, SEREN. PRINC. & ACADEM.
STENOGRAPHI.

Mors, mortis memori, grata est, vis nul-
laque *Morti*

Mortem O *Mors*, Christus *morte* tulit
sua, Jo!



venadmodum nobilissima de insignibus disciplina, *artis heraldicæ* 1) appellatione alias veniens, non circa insignium naturam, usum, jura atque effectus tantum versatur, verum etiam in amplissimos antiquitatum campos excurrens, aliis eruditionis partibus, *historiæ* nimirum *civili*, *Genealogiæ*, *Juri publico*, item *juri feudali* &c. haut exiguam affundit lucem: ita speciatim, ut *Menesieri*

A 2

1) i. e. quæ circa *Heraldos*, *Herolde*, occupata est. Dicuntur autem illi, vel ab *heroibus*, vel quod sint *militēs veterani*, *Herrnalt*, vel quod *exercitui gratiosi* sint, *Heerholde*, vel etiam *principi fideles*, *Herrnholde*, vel etiam *honoris custodiendi studiosi*, *Ehrenholde*, &c. LIMNÆUS in *Jur. P. Libr. 6. Cap. 5. nr. 122.* Munus erat, lustrationi armorum & galearum foritioni interesse

in

stierii 2) loqvendi formulam huc quodammodo accomodem, suam quoque habet *theologiam*, & ad devotas quandoque trahit allectatve meditationes. Namque præter criteria personarum, familiarum, civitatum, collegiorum, quæ primarium iconum tesseriarum finem constituunt, symbolica hæc decora virtutum tecmeria sunt & præmia, simulque vivida incitamenta ad majorum vestigia sequenda, hinc colendam pietatem, fidem, temperantiam, castitatem, justitiam, religionem. Nec facile quisquam tam oscitans dormitansque esse potest; ut non, *oculis inveniens* religiosissimas illas tesseras militares 3) scuto nonnunquam ad-

in ludis equestribus, leges & statuta in his ludis observanda recitare, & quæ reliqua. Alio nomine *Wapen-Ridige* audiunt, quibus tamen distinguendi die *Ründiger der Wapen*, nebst dem *Persevanten*. PHIL. JAC. SPENER, in *Oper. Herald. P. General. Proleg. §. 6. 7.* Gallici Scriptores hanc artem nominant *Art du Blason*, quod vocabulum a Germ. *blasen*, quoniam scilicet tubâ inflari solebat in torneamentis, derivant. Verum merito cum *ILL.* quondam *LEIBNITIO* hic faciendum est, cui *blasse*, vetus Germ. vox est, quæ hodieque de *equivorum notis*, usurpatur, & in genere *notam* significat, eine *Marque*, *Marbe*. Unde & Gallicum *blesure*, *bleser*, quod originaria significatione est *zeichnen*, deinde *benarbenen*. Hinc *Blasonica*, quam vocant, *et scientia notarum, colorum insignium, der blasse*, quibus imprimis illustres familiae distinguuntur. Vid. *CHR. MAX. SPENERI alte wahre Heroldskunst, p. 19. seqq.*

2) In libro. cui titulus: *L'art du Blason justifié*, Cap. 13. p. 329.

3) Elegantissima sunt, quæ de hujusmodi tesseris *DU FRESNE* congestit in *dissertatione de Gallorum Cry & armes*, quam Germanice versam *Amœnitatibus historico-judicis* inseruit *literatissimus DN. PISTORIUS*. Universis fere gentibus solenne fuit, ut prælium ineuntes clamorem tollerent, quo & hostes terreri, & suos incitari existimarent. Germani huncce clamorem, *Barditum*,

adscriptas, item alia schemata, pio affectu aliquando assumpta, devoto pariter animo, divina opera sub his symbolis designata, aliquomodo expendat, sicque spem & fiduciam firmans, constantius DEO confidat. Recordor ego, dum hæc scribo, nominis CHRISTI, a CONSTANTINO M. labaro 4.) & clypeis inscripti, quæ de re PRUDENTIUS contra Symmachum, sequentem canit in modum:

A 3

CHri.

vocarunt, TACITUS de mor. Germ. Cap. III. Postea Imperatoris CONSTANTINI M. autoritate, proscripito clamore incerto, dissonante, exercitui imperati fuerunt certi, paucarum syllabarum, vel vocum clamores, quibus CHristi invocata est clementia auxiliatrix. Et hæc ratione, non solum subsequenter temporibus innumera pedetentim provenerunt inclamationum militarium formula, voces fidei etiam olim nominatae, e. g. DEus vult, adjuva DEus, DEus nobiscum, Christus vincit Christus regnat Christus imperat; verum etiam & reges & principes, & alii Viri Illustres ejusmodi tesseriis sæpius ita sunt oblectati, ut eas proprias sibi vindicaverint, suisque posteris & familiis. Plura harum tesserarum exempla. Vid. apud DU FRESNE l. c. & SPENERUM in art. Herald. Part. General. Cap. VIII §. 71.

- 4) Circa notationem nominis interpretes mirifice se torquent, quorum conjecturas MARTINIUS collegit examinate in Lex Philologico h. v. Vexilli quadrati genus erat idemque pensile, quod de conto suo descendebat, amovebaturque commode. Imperatoribus præferri solebat, & a militibus pæne adorabatur. Sub Imperatoribus hoc Labarum cum Standardo, voce a Stand, stehen, ducta, & signum stativum significante, commutarum est. Erat autem STANDARDUM malus eximia celsitudinis, e carro, quatuor rotis mobili erectus, cujus summitati vexillum regum figebatur. CARROCCIUM inde etiam nuncupatum est. RINCK diss. de Carrociis. Pertinet huc etiam locutio des Standrechtis, i. e. iudicii militaris, quia in eo, vexillis in terra defixis, jus dicebatur. LOCCENIUS in antiqu. Sveo Goth. Libr. III. cap. 2. p. 138.

*Christus Purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum: clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux: addita cristis.*

Recordor symboli illius, quod reges Angliæ ad pedem insignium scribere solent: DIEU ET MON DROIT, DEVS ET JUS MEUM. Recordor porro tessera militaris domus Momorantia: *Dieu aide au premier Chretien* 5), itemque silentio non prætereundi altaris, insignibus domus Gonzagæ impositi, addita voce: FIDES. Profecto, nisi me omnia fallant, deigmata hæc omnia singulave ad vota precesque non possunt non ducere. Et tantum etiam abest, ut hocce exemplorum numero, exempla omnia jam sint exhausta, ut plurima potius restent, ab harum rerum curiosis facili negotio euestiganda, supplenda. Ipse indubitatoris probationis ergo, ad *insignia regni PORTUGALLICI* hoc loco provoco, quæ CRUCEM referunt & QVINQVE crucifixi Salvatoris VULNERA. Vah! si quod aliud, hæc præcipue emblemata oculos animosque in sui contemplationem rapiunt, & ad devotissimam considerationem passionis mortisque purissimi Redemptoris, qui nostram impuritatem, omniaque peccata plenissime expiavit, extimulant. Nempe regum *Portugallia* scutum argenteum esse, & quinque parmulas cæruleas representare in cruce dispositas, singulas autem parmulas *quintis numis Byzantinis* 6) argenteis, in decussim dispositis, ornatas esse: omnibus per quam est notum

- 5) Quæ historicam notitiam *specialium* harum tesserarum militarium concernunt, exposita sunt a laudato DN. SPENERO *art. herald. Part. special.* iisdem capitibus, quibus ipsa harum domuum insignia pertractat, singulasque eorum *partes, sectiones, & figuras*, id quod Germanis, *Vistren* dicitur, resolvit.
- 6) Ad figuras, quæ INTER HONORABLES *secundum ordinem*, in arte heraldica constituunt, referuntur *diminutiones figurarum honorabilium primi ordinis, tessellæ, rhombi, cunei, clathri, cuspides, annuli, plumbides & orbes.* Et orbium iterum plura sunt nomi-

tum, qui ab his sacris non plane sunt alieni. Atque in eo quoque svaivis scriptorum est concordia, quod Crucis infigne HENRICUS, Portugalliae comes, sumferit in expeditionis cruciatae signum 7). At enim vero, quanam QVINIONIS PARMULARUM, itemque quonorum orbium sive numorum, genuina sit causa, ratio atque origo: hoc diversimode disputatur. RESENDIUS quidem Libr. IV antiquit Lusitan. p. m. 224. in Rebuspl. Etzev. hac de re ita scribit: ALFONSUS igitur (filius Henrici) novus Rex - - - quod quinque reges vicisset. scuta quinque per ipsam crucem distinxit. Sed teste saepius allegato SPENERO L. I. Cap. 72. §. 5. Part. spec. alii quinque parmularum causam in eo ponunt, quod ALFONSUS quinque vulnera in praelio accepisset, ex quibus miraculose convaluerit. Et iterum alii aliter sentiunt, asserentes, quod laudatissimus Rex hostibus sex vexilla eripuerit, eaque propter quinque scuta minora, sexto majori, incluserit. Neque multum miranda est haec.

nomina, e quibus memoranda Kugeln, Pillen, Pallen, item Gallorum tourteaux & Besans. Hoc ultimum a moneta genere derivatur, cum nummos, ducato aestimatos, Galli Byzantinos dixerunt ex ratione, quam fide SPENERI l. c. P. gener. Sp. I. m. 2. §. 38. MENESTRIERIUS sufficienter ostendit.

7) Crucis figura in arte scutaria Christianitatis est hieroglyphicum. Et singulis nationibus certorum colorum cruces in antiquis expeditionibus assignatas fuisse, SPELLMANNUS tradit. Ceterum crux in numero est honorabilium primae classis. Verum tot crucium sunt differentiae, ut centum G quinquaginta diversa nomina vix sufficiant ad diversas omnes figuras enumerandas; siquidem hoc luculenter apparet ex nominibus, abgekürzte, Ancker, ausgehende, ausgeführt, ausgeführt, Burgin, disch, doppelt, Eisenhälein, gegittert, gestickt, gestum, melk, Ast, trucken, Kugelstab, Lilien, hacken, nagelstipig, quarriettes, raüten, Schwach, Schlangenköpf, schre, ges, schwebendes, Wieder, Creuz. Ut crucis pedata, maculata, Herminialis, furcata, ressellata, trifoliata, croix pater nostrae, gringolee, croix en coeur, &c. &c. vix mentionem injiciam.

hæcce dissensio, quæ præcipue in explicandis insignibus *nón-lo-
quentibus* 8), tacentibus scriptoribus coævis primam constitutio-
nis originem causamque, multoties observatur. Interim tamen,
rejeclis opinionibus modo citatis, meo quidem iudicio veritas
rectiusque cum OSORIO *Libr. VIII. de Gest. Emanuel. p. 242.* sta-
tuitur, quinque his parmulis, mystica ratione, *quinque vulnera*
CHRISTI notari. Namque gravissimi ponderis testimonium pro
stabilienda hac assertione, subministrant literæ ipsius Alfonsi re-
gis, quæ apud *Caram. de LOBKOWIZ in Philippo L. II. art. 7.* ita
habent: *præcipio successoribus meis in perpetuum futuris, ut scuta quin-
que in cruce[m] partita, propter cruce[m] & quinque vulnera Christi in
insigne ferant, & in uno quoque 30 argenteos & super serpente[m] Moysis
ob Christi figuram, & hoc sit memoriale nostrum in generatione nostra, &
si quis aliud attentaverit, a Domino sit maledictus, & cum Juda tradi-
tere in inferno maceratus.* *Facta charta Colimbr. 3 Kal. Nov. Æra
MCLII.* Et quamvis non desint, qui fidem hujus monumenti
impugnant, tamen qui curatius ad regulas diplomaticas, velut
Lydium lapidem illud explorarunt, adstruere haut dubitant, ne-
que *externam*, neque *internam* 9) qualitatem id permittere, ut sub-
posititium esse credatur. Imo si vel maxime etiam hæc litera pro
finceris haut essent reputanda, alia nihilominus suppetant argu-
menta, quibus sententia mea confirmatur. Sicuti enim, quæ *qui-
nos orbis in singulis parmulis, RESENDIUS l. c. rem omnem ex-
po-*

8) i. e. *Symbolicis*, in quibus mysteria figurarum respiciuntur. His
opponuntur insignia *æquivoca*, vel *paronomastica*, quæ ad nomen
alludunt ejus, cui designando adhibentur. Galli vocant *armes
parlantes, ou qui chantent.* Nostris, *redende Xapen, Uabm
Xapen.* SPENER. *P. gener. cap. 9 §. 1.* Utraque nobilibus
congruunt, nec valet consequentia ab insignibus æquivocis ad
non nobilem. Imo pleraque *antiqua* designata fuerunt *alludentia*,
& liceat hæc provocare ad insignia nobilium de *Lehsten, Prehn,
Bähr, Rieben, Sverin,* rel. Conf. LIMNÆUS *l. c. Eibr. VI.
cap. 6. nr. 18. in fin.*

9) Namque in diplomatibus, ad genuina a supposititiis dignoscen-
da,

posuit, disertis verbis scribens : *Alfonsus in una quaque parmula triginta nummos argenteos figuravit, quod totidem mundi Servator venditus extitisset. Mutata a posteris regibus numerorum figuratio est commo-
diori ratione, & in singulis quibusque scutis singuli quinque numi positi decussatim ad figuram literæ X bis numerato quod in medio est, & cum a summo deorsum & cum a latere ad latus fit supputatio, ut numerus triginta expleatur : ita extra omnem dubitationis aleam etiam est positum, quod Lusitaniæ reges hac signandi forma fuerint usi, ut diplomata subscribentes, semper quinque isthac puncta :: addiderint ro). Quamobrem, dum hanc punctorum quinonem, vul-
nera appellarunt, in recordationem vulnerum nostri Salvatoris Christi, id quod ex CONNESTAGGIO apparet apud LIMNÆ-
UM in *J. publ. Libr. IX, Cap. I. n. 202*, facile ex hoc nunc conficitur, ut non solum religioso affectu memoriam vulnerum Christi seduli coluerint, verum ut probabilissima quoque argumen-
tatione concludatur, eandem plane parmularum esse causam, quæ quinonem est stigmatam. Quibus omnibus etiam adhuc accedit, quod *sacræ cruci*, eidemque insculptis triginta argenteis, magis vulnera crucifixi conveniant, quam execrabiles Maurorum parmæ.*

B

QVIC.

da, hæc duo spectantur, *externum & internum*. Externum, ut lingua, cui inserviant, tum *literæ, numeri, aliaque signa*, ut *monogrammata & sigilla, tam liquor quo scribimus, & materia cui inscribimus*. Internum res est, quæ scribitur, spectanda, vel in *principio, vel in medio, vel in calce*; ubi occurrunt *subscriptio nominum, temporis, loci, & subsignatio*. HERTIUS *de fide diplomat. sect. I. §. 1. in Vol. I. Opuscul. Tom. II, p. 414.*

10) Imo ipse austerus ille Philippus IIus, Lusitaniam subactus, cum alias soleret subscribere diplomatibus hæc verba : EGO REX, diplomati in Lusitaniam misso, tantum subscripsit, REX :: ad imitationem regum Lusitaniæ. *Conestagg. de Portugall. & Castell. conjunct. p. 1161.* Prudenter hoc factum est, ad amorem Lusitanorum sibi conciliandum. Imitabatur in eo *Alexandrum M.*, in mores Persarum, victi ab ipso populi, prudentissimo instituto transeuntem. Et qui *inconstantia & animi levitate*

QUICQUID præterea etiam hujus rei sit, ponamus, a
 priori me aberrasse: & ipsi existimabitis, *Cives O. O. Honoratissimi,*
 neque artem heraldicam suis destitui nãvis, *imperfectiois, incer-*
titudinis & difficultatis II.) neque principaliter hoc loco meum
 esse, quo *disceptationes heraldicas* componam, sed ut hoc *quadragesi-*
mali tempore in mentem vobis revocem *crucem & vulnera*, & acer-
 bissimam Redemptoris nostri *mortem*, nec minus ad infucata
 vitæ morumque probitatem, pietatem intemeratam, preces & gra-
 tiarum actiones ferventissimas serio Vos excitem horterque. A-
 gite dum igitur, O MEI! omni studio, opera, cogitatione &
 mente omni in id incumbamus, quo non tam intuentis crucis
 effigibus figurisque immoremur, quam ad hunc oculis animisque
 respiciamus, qui *Cruci* affixus hæsit *salutis nostræ* Restaurator.
 HVNC cordibus nostris imprimamus, HVJVS veneremur la-
 tus perfossum, manusque pedesque transfixos. Quod enim *Vul-*
nerum illustres sunt notæ, tot amoris sunt characteres. Et O
 infinitam, *Vulneram* vim atque efficaciam! O *vulnera* salvifica,
 salutis fera; quibus nos Omnes sumus sanati, Namque *Christus*
 istus *umb unsezer Missethat* willen verwundet, und umb unsezer
Sünde willen zerschlagen. Die Straffe liegt auf ihn, auf daß
 wir Friede hätten, und durch seine Wunden sind wir geheilt.
Isa. LII. 5. Constat ex *L. 18. C. de test.* quod per *quinque* testes
 debiti cujusque solutio probetur. Et ecce! *quinque* JESVS CHRI-
 STI *vulnera*, tot sunt testes locupletissimi, quod *ipsum satis factu-*
one omni culpa liberati sumus reatuque; und er, JESVS CHRI-
 STVS,

vitatis inde Alexandrum insulant, minus recte arbitrantur.
 Vid. omnino PUFENDORFF in *Der Einleit. zur Zist. Cap.*
I. §. 9.

II) Venusta DN. SCHMEIZEL de hac re judicat, cujus verba
 transcribere haur piget. *Quam venusta etiam*, inquit, *& formo-*
sa sit hæc nostra Diana, nihilominus tamen *& maculosam esse*, hæc
infricari possumus, non tamen in se, sed per accidens. *Maculae vero*
ejus sunt, *imperfectio, incertitudo & difficultas*. in *dissert. de natur.*
& indol. art. herald. Cap. VI. §. 2. no. 4.

STVS, hat ausgezilget die Handschrift so wieder uns war . . .
 und hat sie aus dem Mittel gethan, und an das Kreuz geheftet
Coloss. II. 14. Quum porro ad generis aut gentis probationem quin-
 que testium affirmantes depositiones iura exigunt, *l. 15. §. 1. C. eod.*
 pariterque quinque testes adhibiti, manumissionis literis fi-
 dem perpetuam præbent, *l. unic. §. 1. C. de Latin. libert. toll. ita*
 iterum sacratissima illa quinque vulnera *iv. Deo'ia* divina, repul-
 sique infelicissimi servitutis jugi, certos nos reddunt, imo certissi-
 mos. AD nos enim pertinent, quæ PETRVS scripsit: *Ihr aber*
seyd das auserwählte Geschlecht, das heilige Volk, das Volk
des Eigenthums, 1 Petr. II. 9. Item quæ PAVLVS dicit: *Da*
sandte GOTT seinen Sohn . . . auf daß er die, so unter dem Ge-
ses waren erlösete, daß wir die Kindschaft empfangen . . . also
ist hie nun kein Knecht mehr, sondern eitel Kinder. Galat. IV.
v. 4. 5. 7. Quemadmodum etiam quinque verbis testamentum
 quis facere potest: LVCIVS. TITIVS. MIHI. HERES. ESTO.
l. 1. §. 3. ff. de hered. insti. Sic quoque de hoc in DEO gaude-
 re possumus, quòd vitæ aeternæ heredes nos scripserit JESVS
 CHRISTVS crucifixus, quinque suis vulneribus testamenti tabulas
 obsignans, morteque truculentissima easdem confirmans. Im-
 plevit dulcissimus noster Servator hoc ipso vaticinia Prophetarum,
 de quibus PAVLVS memorat: *Das ist das Testament,*
das ich machen wil dem Hause Israël nach diesen Tagen, spricht
der HEH: . . . Ich will ihr GOTT seyn, und sie sollen mein
Volk seyn. O itaque nos felices & ex omni parte beatos!
 Sed vite nostrum nunc est, *Ci. es O O. honoratissimi,* quo ab omni
 cordis, vitæ, morumque impuritate quam folicitissime nobis cavea-
 mus, ne nos tantis juribus, bonis, prærogativis indignos, pæna ma-
 neat tituli *ff. de his, quæ ut indignis auferuntur,* hoc est. ne ob commissa
 crimina, vel ob neglectam testatoris voluntatem, hereditas nobis
 eripiat. Memori hunc in finem recondite pectore *Paulinum*
 istud: *Wie viel, meinest ihr, ärgere Straffe wird der verdienen, der*
den Sohn Gottes mit Füßen tritt, und das Blut des Testa-
ments unrein achtet, durch welches er geheiligt ist, und den Geist
der Gnaden schmähet? Ebr. X. 29. Et quod ultimum est: so
 wir

Wie denn nun haben lieben Brüder die Freudigkeit zum Eingang in
das Heilige, durch das Blut JESU, . . . so laßet uns hinzuge-
hen mit wahrhaftigem Herzen in völligem Glauben, besprenget
in unsern Herzen, und loß von dem bösen Gewissen, und gewaschen
am Leibe mit reinem Wasser, und laßet uns halten an der Bekant-
niß der Hoffnung und nicht wancken . . . und laßet uns unter ein-
ander unser selbstem wahrnehmen, mit Reichen zur Liebe und
guten Wercken. *Ebr. X. 19. 22. 23. 24.*

P. P. Sub Sigillo Rectorali
Anno MDCCXLVII. die XII. Februarii.



Nr 859. gu

ULB Halle
006 301 851

3



VD 98

nc







4

PR OGRAMMA PASSIONALE,
QVO
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
IOHANNES PETRVS Schmidt,
VTR. IVR. DOCT. ET COD. PROF. PVBL. ORD.
EX ARTE HERALDICA
DE
QVINIONE PARMVLA-
RVM SCVTI PORTVGALLICI,
QVINQVE VULNERVM
JESU CHRISTI SYMBOLO,
BREVIQVS PRAEFATVS,
CIVES ACADEMIÆ O. O. HONORATISSIMOS,
AD DIES QVADRAGESIMALES
DEBITA DEVOTIONE PERAGENDOS,
PRO OFFICII RATIONE COHORTATVR.

DANHAVER in Iconothet. p. 81.

*Aspicio, ut pateant et se tibi vulnera pandant,
Præcipue, quod sub pectore vulnus hiat.
Qvo veniunt plures, plures agit ille triumphos
Nec nisi non omnes velle venire dolet.*

ROSTOCHII,
TYPIS IOHANNES IACOBUS DLERI, SEREN. PRINC. & ACADEM.
PHOTODUPLICATION